

in urbibus Italia tum sonus miram in modum reval-
 lescit. Evangelium versibus adstringere, aggressus sum,
 rem inchoatam ac rudes, fortasse cum vobiscum vivere
 datum fuerit, absolvam. Mittit Jos. Bibliopola, exem-
 plaria centum, aureorum carminum Pythagorae Proco-
 rum et à me versorum in Latinum sermonem. Lucelli
 inde aliquid sperat, si tuo inductu Ludimagistri Graecizan-
 tes pueris fuerint interpretati. Sic enim futurum est,
 ut aliquot veneant. Bene vale, et me commenda
 ei, cuius tu provideris doctrinam et procepta populo
 instillas, et cura, ne ex Evangelica mansuetudine, Ger-
 manis similitudine exoriat. Viennae (al. Maji. Ho.
 M. D. XVIII.

Ursinus Tuus.

Integerrimo Eruditissimoque D. Joanni Hesse,
 Canonico Cuius tanquam Fratri Cha-
 rissimo.

24)

Hesse integerrime, tuae literae heri primo mihi red-
 ditae sunt, prius ab sartore in patriam allatae. Gra-
 tiam habeo, te curasse, ut literae meae suam in locum
 singulis pervenirent. Gratulor autem tibi literatam
 et perspicuam consuetudinem, quae tibi est cum Optimo
 Collimitis et Amerte paulo minore sine eruditionem sine
 corpus metiare, uterque certe magnus. Vadinam istine abi-
 ipse quis ex literis habui. Quod ex te scire cupio per literas
 Logo significari, scribes indubitate de omnibus. Maxime

autem cura, ut sciam, quo in loco sit Richardus Barba-
 linus, ac quicquid de eo habueris. Logus miri se excusat,
 nescio ob quam noxiam, facit nimirum toris in morem,
 qui suo se iudicio prodit. Hadelnum quamobrem poetam
 miserum nominas, non intelligo. Nam si nasey ob hoc est,
 quoniam Poeta dicitur, vetus est, si vero ob hoc aliud ei
 accidit mali, dupliciter est miser. D. solimino et Rodali-
 tato floriano, si esse coepit, me commendes. Parum qui-
 dem absuit, quin tecum nunc sim, ita adornaveram
 abitionem. Vale. Nisid XIII. July. M.D. XVIII.
 Tuus Ursinus.